

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Quâ ratione S. P. N. Ignatius cum primis Patribus deliberauerit Romæ de
Societate instituenda. Cap. VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

ciant. Societas autem nostra Iesu Christi militia est appellata ab Apostolica Sede, ideo sub Duce Iesu, capite huius militiae, obseruanda & magnificienda sunt à nobis ea omnia, quæ per Capitaneum vel Colonellum suum Ignatium, ab ipso reuelata nobis tradidit. Quamobrem etiam grato animo colere debemus hunc Dei fauorem. Nam ut ait S. Chrysostomus f. 8. in Gé. Magnus honor est, dum Deus legem dat non per aliquem famulum, non per Angelum & Archangelum, sed per se ipsum; duplice honore hominem afficiens, & quia legem dederit, & quia dederis per se ipsum.

CAPVT OCTAVVM.

Quaratione S. P. N. Ignatius cum primis Patribus deliberauerit Rome de Socieitate instituenda.

164 **Q** Vamuis huius rei descriptam legamus historiam apud Ribadeneyram, libr. 2. c. 13. Matteum 1. 2. c. 4. & Orlandinum lib. 2. n. 58. & seqq. non abs re erit simpliciore stylo & clarior eadem hic referre, descriptam ab uno ex illis primis Paribus, qui huic deliberationi interfuit, & suis ipsis verbis hanc rem totam latine scriptam reliquit. Anno 1538. proximè elapsa quadraginta, cum inflaret tempus in quo oportaret nos ab inuicem diuidi ac separari, quod etiam summis desideriis expectabamus, ut citius ad prefixum & præcogitatum à nobis finem, vehementerque desideratum perueniremus: decreuimus per multos ante separatio- nē dies inter nos conuenire, & tractare inuicem de hac nostra vocatione, ac riuendi formula, quod cum pluries scissi sunt, atque ex nobis essent Galli, alij Hispani, alij Sabaudi, alij Cantabri, in variis sententiis ac opiniōnes circa hunc nostrum statum scindebamus. eratque via omnium nostrum & communis mens & voluntas, querere semper Dei beneplacitum, ac perfectam voluntatem, iuxta scopum vocationis nostrae: verum in mediis expeditionibus & fructuofloribus tam nobis quam ceteris proximitatis nostris, erat aliquialis pluralitas sententiarum. Nec mirum cuiquam videri debet, quod inter nos infirmos ac fragiles hec pluralitas sentiendi interuenierit, cum etiam ipsi per sanctæ Ecclesie Principes ac columnæ Apostoli, aliquique plurimi quam perfectissimi viri, quibus nos indigni sumus, ut cum illis, vel ex longinquo conseruamus, diuerso, interdum etiam adverso modo, inter se se ferint, & sententias suas contrarias scripto tradiderint. Cum ergo etiam nos varie queque indicaremus, sollicitaque essemus ac vigilantes, ut aliquam viam plene apertam inueniremus, per quam incedentes nos ipsos omnes in holocaustum offerremus Deo nostro, in cuius laudem, honorem ac gloriam cedet omnia nostra, tandem decreuimus, & concordi sententia statuimus, orationibus & sacrificiis & meditatio- nibus ferventius solito instare, & post adhibitam à nobis qualecumque diligentiam, de reliquo iactare omnes cogitatus nostro, sperantes in eum adeo bonum & liberalem, quod sicut nulli petenti se in humilitate & similitudine cordis denegat Spiritum bonum, imo dat om-

nibus affluenter, nulli improperans, nullo modo etiam defuturum nobis, imo affuturum, quæ siue est benignitas, superabundantius quam petimus aut intelligimus.

Cepimus igitur humanos nostros conatus impende- re, & proponere inter nos aliquot dubia diligēti ac ma- tura consideratione & prouidentia digna de quibus per diem cogitare ac meditari, ac per orationem etiam in- vestigare solebamus, & nocte quisque hoc quod rectius & expedientius indicauerat, in medium proponebat, re- sententiam magis veram & plurium calculis & effi- caciorebus rationibus examinata amplecteremur. Pri- ma nocte qua conuenimus, propositum fuit hoc dubium: An expedire magis, quod postquam nos vitamq; nostrā Christo Domino nostro, & eius vero ac legitimo Vicario in terris obtuleramus & dedicaueramus, ut ille de nobis disponat, mittatq; eo, vbi plus indicauerit nos posse fru- cificare, sive sint Indi, sive heretici, sive alij, quicunq; in- fideles, sive fideles. An inquam magis expediret, nos ita esse inter nos deuinctorum & colligatos in uno corpore, re nulla quantumq; magna corporum diuisio nos separa- ret. An sorte non ita expediret? Quod vt exemplo siue manifestum: Ecce modo summus Pontifex mittit ex no- bis duos in Ciuitatem Senarum debemus ne illorum qui illuc pergent curam gerere, vt illi de nobis, & mutuū nos intelligeretur forte non magis illos curare, quam illos, qui sunt extra Societatem? Tandem definitius partem affirmatiuam scilicet, quod postquam Clemensissimus ac pientissimus Dominus dignatus fuerit nos ita inservi, & tam ex diuersis Regionibus & moribus natos, inuicem vire & cōgregare, quod non deberemus Dei vniōnem & congregatiōnem scindere, sed potius in dies confirmare & stabilire, reducendo nos ad unum corpus, & alij aliorum curam habentes, & intelligentiam, ad maiorem fructum animarum, cum etiam virtus ipsa unita plus roboris & fortitudinis habeat ad quecumque bona ardua persequenda, quam si esset in plures partes dispersa. In his tamen omnibus que dicta sunt, quæ dicentur, ita intelligi volumus, ut nihil penitus ex proprio nostro spiritu & capite asseramus, sed solum quidquid id sit, quod Dominus inspirauerit, & Sedes Apostolica confirmarerit ac approbauerit.

Deciso & resoluto primo hoc dubio peruentum est ad aliud difficultius, non minori consideratione ac prouide- tia dignum. An scilicet postquam nos omnes emiseramus votum castitatis perpetuae, & votum paupertatis, in manibus Reuerendissimi legati sue sanctitatis, cum age- remus venetus. An inquam expediret emittere tertium, scilicet obediendi alicui ex nobis, vt sincerius & maiore cum laude & merito possemus per omnia implere vo- luntatem Domini Dei nostri, simul etiam liberam vo- luntatem ac præceptum sua sanctitatis, cui nos libenter simus nostra omnia, voluntatem, prudentiam, intellectum, &c. obtuleramus. Ad huius dubij solutionē, cum multis diebus orationi inflaremus, & cogitaremus, nihilq; oc- curreret, quod implere animos nostros in Domino spe- rantes, cepimus inter nos agitare aliquam media, ad me- lius soluendum dubium; & primum Anne expediret omnes nos ad eremum aliquam secedere, ibique manere per 30. vel 40. dies, meditationibus, ieiuniis, & pauperi- tatis vacantes, ad hoc, quod Dominus exaudiret desideria

Lancij Opus. Tom. 2.

553
 nostra dignareturq; mentibus nostris solutionem dubij
 insigere? An verò tres vel quatuor omnium nomine co-
 pergere deberent ad eundem effectu? An verò si nulli in
 eremum essent ituri, quod intra urbem manentes, meditā-
 dii partem, huius vni nostro negotio applicaremus, vt
 meditationi, cogitationi, & oratione effet commodior &
 amplior locus & reliqua diei partem solitis nostris ex-
 exercitiis prædicandi, & confessiones audiendi impendere-
 mus. Tandem his discusso & examinatis, quod omnes ma-
 neremus intra urbem duabus præferimus de causis 1. Ne
 fieret rumor & scandalum in civitate & in populo qui
 iudicaret ac putaret (que solita est hominū in iudicando
 temerari promissa) nos vel fugā cepisse, vel aliquid noui
 moliri, vel parum firmos esse & constantes in fœsil cap-
 tis. 2. ne iterum per absentiam iactura fieret fructus,
 quem tunc magnum videbamus fieri in Confessionibus,
 prædicationibus, & in aliis spiritualibus exercitiis, &
 adēd magnum, quod si satissemus in numero quadruplo
 plures quam eramus, non poteramus omnibus sicut nec
 modo satisfacere. Secundum de quo capimus agitare ad
 inueniendum viā solutionis, sicut proponere omnibus. &
 omnium cuilibet, tres sequentes animi preparations.
 1. est quod vnuquisq; ita se prepararet, ita orationibus,
 sacrificiis & meditationibus vacaret, vt niteretur
 in imeniendo gaudium & pacem in spiritu sancto cir-
 ea obedientiam quantum ex se est laborans habere vo-
 luntatem magis affectu ad obedientium quam ad pre-
 cipiendum, vbi par Dei gloria, & sua Maiestatis laus se-
 queretur. Secunda animi preparatio est, quod nullus ex
 sociis apud alterum socium hac de re verba faceret, vel
 quereret ab eo rationes, & nulla alterius per suastionem a-
 liuistheretur, & flesderetur magis ad obedientium, quam
 ad non obedientium, vel contra, sed quod vnuquisq; id
 solum quereret, quod ex oratione & meditatione, tan-
 quam expedientius haufisset. Tertia. quod quilibet repu-
 taret se ipsum alienum ab hac nostra Congregatione, &
 in quam nunquam expectaret recipi. vt ex hac confide-
 ratione nullis prorsus affectibus feratur ad magis, ita
 opinandum & iudicandū, sed quasi alienus liberè pro-
 ferat suam sententiam in medium circa propositum obe-
 diendi, vel non obedendi, vel saltē eam partem suo
 iudicio confirmet, ac probet, per quam credit manus futu-
 rum Dei servitium, & tutiorem Societatis conserva-
 tionem permansuram. His prœiuis dispositionibus, Or-
 dinauimus, quod die sequenti omnes preparati accede-
 remus dictū, quilibet ea omnia incommoda, qua fieri
 possent contra obedientiam, omnes rationes que occurre-
 bant, & quas quisq; nostrum separatum cogitando, me-
 ditando, orando, inuenierat, & quilibet ordine suo pro-
 ferebat, qua hauserat. Exempli gratia, dicebat vnu: vi-
 detur quod hoc nomen Religionis seu obedientia, nō ita
 bene audit in populo Christiano propter demerita &
 peccata nostra, sicut audire debuit. Altius vero dicebat:
 Si volumus vivere sub obedientia cogemur forte à sum-
 mo Pontifice sub alia Regula iam facta & constituta
 vivere, quod fieret, vt non ita daretur oportunitas & lo-
 cus operandi circa salutem animarum, cui vni re post
 nostram ipsorum curā intendimus frustrareneur omnia
 desideria nostra, iudicio nostro, Domino Deo nostro ac-
 cepta. Item alijs, si prestamus obedientiam alicui, non tot

ingredientur in Congregationem nostram ad laboran-
 dum fideliter in vinea Domini, in qua cum tanta sit
 meſus, pauci tamē inueniuntur veri operaq; & pla-
 res, que hominum est infirmitas & fragilitas magis
 querunt que sua sunt, & voluntatem propriam quam
 que Iesu Christi, & plenam sui negationem. Item alijs
 alio modo, & ita quartus & quintus enarrans incom-
 moda, que contra obedientiam occurrerant.

Alia verò die proximè sequenti, disputabamus in o-
 trarium, adducentes in medium omnia cōmōda & fa-
 cili ipsius obedientie, quos quisq; ei oratione & medi-
 tatione hauserat. & quilibet suo ordine proferebat me-
 ditata, modo deducendo ad impossibile, modo simpliciter
 & affirmatiue agendo. Exempli gratia: aliquis ita de-
 ducebat rem ad absurdū & impossibile. Si Congrega-
 tio hec nostra, absque suauis obedientia Hugo haberet cu-
 ram rerum agibilium, nullus haberet curam exactam,
 cum vnu in alterū hoc onus reuiceret, vt pluries expensi-
 sunt. Item, si hec Congregatio effet sine obedientia, non
 dū posset permanere & perseverare, quod tamen pugnat
 contra primam nostram intentionem, conservandi per-
 petuū nostram Societatem. Cum ergo nulla re magis
 conseruerit Congregatio aliqua, quam obedientia, vi-
 detur nobis necessaria, maximè nobis, qui voramus per-
 petuam pauperiatem, & versamur in assiduis & rigi-
 bus laboribus tam spiritualibus quam temporibus, in
 quibus minus conseruat Societas. Affirmatiue dubit
 alius sic: obedientia parit actus & virtutes heroicas etiā
 continua: nam qui vivit vere sub obedientia, si promi-
 piſimus ad exequendum quacunq; sibi inungereat,
 siue illa effent difficultissima siue confusione & risu &
 spectaculo mundo generantia, vi verbi gratia, si inun-
 geretur mihi, quid ego inciderem nudas vel induitus ve-
 stibus iniustis per vios & plateas, quod licet nunquam
 precipiatum, dum quisque tamen est paratus ad illa
 facienda negando proprium iudicium & omnem sua
 voluntatem, illi effet semper in actibus heroicis & meri-
 ritum augentibus. Item nihil ita prosternit superbiam
 omnem & arrogantiam, quam obedientia. Nam super-
 bia magni facit & sequitur proprium iudicium & pro-
 priam voluntatem, nulli cedens, ambulans in magnis &
 in mirabilibus super se, contra verò per diametrum pu-
 gnat obedientia, semper enim sequitur iudicium alienum,
 & voluntatem alterius; omnibus cedit, & humiliat
 que inimica est superbie, quam maximè Sociatur, &
 quanquam nos summō Pontifice ac Pastori donaueri-
 mus omnem obedientiam tam vniuersalem quam par-
 ticularem, tamen circa particularia nostra & con-
 gentia, que sunt innumerata, non poterit, nec si posset de-
 cerer, illum vacare.

Postquā ergo multis diebus plurima bīne & inde-
 gitātibus, circa solutionem dubij penſando & exami-
 nando rationes grauiorū momentū, & efficaciores, va-
 cado exercitiū solitis orationis, meditationis cogitatio-
 nis, tandem Domino prestante auxiliū, non per plu-
 rū vocum sententias, sed nullo prorsus diffidente iō-
 clūfimus nobis expedientius esse, & magis necessarium
 proflare obedientiam alicui ex Nostris, vt melius & ex-
 cellitus prima nostra desideria implendi per omnia Diu-
 na in voluntatem exequi possemus vi tuis conferueris
 Societas

Societas, & tandem ut negotiis occurribus particu-
laribus tam spiritualibus quam temporalibus, decenter
provideri possit, seruato simpliciter eodem ordine dis-
cutiendi & procedendi in reliquis omnibus, semper in
vitramque partem agendo, immorati sumus, in his &
aliis per tres ferè menses, à medio quadragesima, usque

ad festum S. Ioannis Baptiste inclusuè.

Quo die omnia

sua uer & concordi animorum consenfu, terminata,

ac finita sunt, non sine magnis vigilias, orationibus, &

laboribus mentis & corporis premissis, antequam hoc

definiremus & deliberaverimus.

LIBER SECUNDVS.

De præstantia Instituti Societatis Iesu.

CAPVT PRIMVM.

De magnis Dei fauoribus erga Societatem Iesu.

Vm hoc Opusculum scribam, et iam ad iuuandos eos, qui Societatem nostram ingredi cupiunt, & sciam à multis multa contra illam, plena calumniis esse vulgata, ac in dies verbo & scripto vulgati, eiusque institutum ac vivendi rationem & agentiam, à plurimis injuriosè carpi, (quomodo non carpuntur alij Ordines Regularium) vnde contingit non paucos à Societate Nostra alienari, vt iij quos Deus ad hanc Societatem vocat, habent necessaria antidota, & ex cælibitum & aetiorum Sanctorum concurris indiciis ac testimoniis irrefragabilibus, maleolorum iudicia, & dicta & scripta, agnoscant esse à veritate aliena, adferant aliqua in medium, quæ aspirantes ad nostrum institutum, & illud amantes, solari, possint, prauamque de illo persuasionem, si quæ forte inhesit alicui, euellere.

Nam vt ait S. Augustinus. Nobis est necessaria vita Nostra, alias, fama Nostra. Non recensetur, bo omnia quæ scio, ne iusto sim longior, sed diuinitus ea tantum, quæ ad meum sat fore propositum indicauero: excerpta, partim ex libris cum superiorum Ecclesiasticorum auctoritate & approbatione impressis: partim ea, quæ certa rerum mea memoriâ gestarum mihi suggereret notitia: partim verax relatio fide dignissimum, omnique exceptione maiorum testium, mihi suppeditabit: cum quibus familiariter vixi per annos quinquaginta, quos Dei beneficio, in Societate Nostra pridè exegi. Inter quos fuere, circiter triginta, qui vel familiares vel Discipuli S.P.N. Ignatii fuerunt, ab eo in Societatem recepti, & in Religiosa disciplina instruti.

165. In primis offert se mihi id quod impressum est in Imagine primi seculi Societatis nostræ, Anno 1640. edita Antuerpiae, quod multis annis ante eam impressam, à magnis didicerau Authoribus, & descriptum in meis Collectaneis habebam. Cum quidam decumberet ex quodam Ordine, vir Sanctissimus, & propè iam abscessit à morte, fuit tamen compos & potens, effigia, iam eo loci & temporis, in quo, commonstrante præseru Domino, ipsa veritas & videatur clarius, & liberius indicatur. Iuber itaque cum prius aliquantum-

Lancicij Opus, Tom. 2.

lum immotus, animo velut libero profexisset eternam, vocari ad se Barcinonensis Proregis Confessarium. P. Matreziūm, è Societate Iesu religiosum Sacerdotem, quem vix dum ingressum in conclave docubentis, æger ipse magna alacriq; voce, quasi gratulabundus aggreditur. Felicem re, inquit, ô Pater, cui contigit Socium esse eius Ordinis, in quo quicunque decedit, vita fructus sempiternā. Hec mihi iam nunc Deus ostendit: hac palam nunciare omnibus mandauit. Herebat hic Noster, admiratione defixus, cumq; tam singulare visum prohibente verecundia non auderet admittere, & parem minimum felicitatem, datum auguraretur ipsius aegri Instituta, quod erat rigidissima etiam tam, & incorruptissima disciplina addidit agroti, dixi q; cum gemina, seruari quidem ex suo Ordine quam plurimos, sed non

omnes: ipsius autem Societatis, omnes omnino ac singulos, ad mortem usque in ea si confiterint, esse Roterto. seruando. Vera illam dixisse de suo Ordine. 1.p.650.n. Religiosissimo & Sanctissimo, pater ex An. 37. & pag. 680.n.2. & nalibus impressis illius Ordinis, ab eiusdem p.681.n. Ordinis historico editis, & ab eius Generali 16. & 18. & aliisque approbatis, quos accurate perlegi, p.849. & passim circumferuntur venales. Quid autem sentiendum sit de Nostra Societatis ho- p.655.n. minibus, nobis etiam constat ex Divina reue- 29. & pag. latione B. Franciscò Borgia facta, quæ in ea Imago I. s. dem imagine describitur. Sed cum Viginti 776. n.68. quatuor annis ante impressam hanc Imaginem, Romæ hoc ipsum certissime resciuerim, ne celarium duco, pro solatio nostrorum amicorum, & nostrorum tyronum, hanc ipsam rem penitus enarrare.

Cum die quodam B. Franciscum Borgiam, tunc Nostræ Societatis Præpositum Generalem tertium, post absolutam Meditationem matutinam, de more, adiisset eius Socius Rib. in vita Michaël Marcus (qui ei à S. Ignatio valetudinis tuendæ gratia comes erat additus, cum Borg. l.4.c. porestate ei imperandi, si vel in Oratione vel & c.4. n.8. in maceratione corporis excederet) inuenit B. Borgiam rarâ & ante insolitâ latitudine gestientem. Miratur rei nouitatem Marcus, scilicet cecepit causam tantæ laetitiae. Sed B. Borgiarem silentio premebat, hæc tantum ingeminsans: Osi seires Marce; ô si seires quantopere Deus amet Nostram Societatem. Hoc auditio, Marcus tandem ardenter instittit, sibi rem ut patet faceret. Cumque virgeret B. Borgiam importunius, tandem extortus. Scias, inquit B. Borgia, Societas nostra hoc præ privilegium esse concessum, quod

Zz 2

con-